

essentiam earum, formâ liquoris, elicit. : Sie
in humano corpore, cum $\alpha \nu \delta u p u \alpha \sigma e i \varsigma$ ex
inferioribus partibus, in aëream microco-
smi plagam, tanquam in alembicum, effe-
runtur: ejus frigore, in excrementum pitui-
tosum & mucosum condensantur: unde
postea perennis ejus in nares, palatum, aut
alias corporis partes, fit destillatio & deflu-
xio. Hinc fit: quòd in ciborum elixatione
ollas operculo claudamus, ut quidquid va-
porum in aquam concrevit, in suam origi-
nem postliminiò revertatur. Et quando
dapum calorem fovere volumus; patinas,
quibus eæ apponuntur, aliis cooperimus
paropsidibus: unde vapores ciborum, ab il-
larum $\alpha \nu \bar{u} \pi e \rho s \alpha \sigma d$ frigida incrassati, glo-
batim delabuntur.

Estq; Destillatio, pro diverso vasorum
positu, ut alias multas differentias taceam,
vel Recta vel Obliqua. Illa fit per alembi-
cum, aut vesicam; hæc per retortam, in re-
bus præsertim spiritus contumaciores fo-
ventibus.

Ex diversitate materierum etiam diversa
separandi ratio inventa, & ne huic arti ali-
quid deesset, artifices varios destillandi modos

E 2

¶ ge-